

ADVENTO E NATAL

Oração para a ceia de Natal

Textos do Missal e do Breviário Romano

O Evangelho da noite de Natal, a oração da Missa da Meia-Noite e a bênção da mesa do tempo do Natal

LATIM

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM (2, 1-14)

Factum est autem in diebus illis, exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Haec descriptio prima facta est a praeside Syriae Cyrino: et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth, in Iudaeam in civitatem David, quae vocatur Bethlehem: eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in praesepio: quia non erat eis locus in diversorio.

Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite

PORTUGUÊS

LEITURA DO SANTO EVANGELHO SEGUNDO SÃO LUCAS (2,1-14)

E aconteceu naqueles dias que saiu um edito emanado de César Augusto, para que fosse alistado todo o mundo. Este primeiro alistamento foi feito por Cirino, governador da Síria. E iam todos a alistar-se, cada um à sua cidade. E subiu também José da Galileia, da cidade de Nazaré, à Judeia, à cidade de Davi, que se chamava Belém, porque era da casa e família de Davi, para se alistar com a sua esposa Maria, que estava grávida. E estando ali, aconteceu completarem-se os dias em que havia de dar à luz. E deu à luz a seu Filho primogênito, e o enfaixou, e o reclinou numa manjedoura, porque não havia lugar para eles na estalagem.

Ora naquela mesma comarca havia uns pastores, que vigiavam e revezavam entre si as vigílias da noite, para guardarem o seu rebanho. E eis que se apresentou junto deles um anjo do Senhor, e a claridade de Deus os cercou de

timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum, et positum in praesepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum, et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

refulgente luz, e tiveram grande temor. Porém o anjo lhes disse: Não temais, porque eis aqui vos venho anunciar um grande gozo, que o será para todo o povo. E é que hoje vos nasceu na cidade de Davi o Salvador, que é o Cristo Senhor. E este é o sinal que vo-lo fará conhecer: achareis um menino envolto em panos e posto numa manjedoura. E subitamente apareceu com o anjo uma multidão numerosa da milícia celestial, que louvavam a Deus e diziam: Glória a Deus no mais alto dos céus, e paz na terra aos homens, a quem ele quer bem.

OREMUS

Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da, quaesumus, ut, cuius lucis mysteria in terra cognovimus, eius quoque gaudiis in caelo perfruamur. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. Amen.

OREMOS

Ó Deus, que fizestes resplandecer esta noite santíssima com o fulgor da verdadeira Luz, concedei-nos, vos pedimos, que, tendo conhecido na terra os mistérios desta Luz, gozemos também no céu das suas alegrias. Ele, que convosco vive e reina na unidade do Espírito Santo, Deus, por todos os séculos dos séculos.

℟. Amém.

BENEDICTIO MENSAE

℣. Verbum caro factum est, alleluia.

℟. Et habitavit in nobis, alleluia.

Benedic, Domine, nos et haec tua dona, quae de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

BÊNÇÃO DA MESA

℣. O Verbo se fez carne, aleluia.

℟. E habitou entre nós, aleluia.

Abençoai-nos, Senhor, e a estes dons que da vossa bondade vamos receber. Por Cristo, Senhor nosso.

℟. Amém.

POST CENAM

℣. Notum fecit Dominus, alleluia.

℟. Salutare suum, alleluia.

Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in omnibus operibus suis: qui vivit et regnat in saecula saeculorum.

℟. Amen.

DEPOIS DA CEIA

℣. O Senhor deu a conhecer, aleluia.

℟. A sua salvação, aleluia.

Bendito seja Deus nos seus dons e santo em todas as suas obras, ele que vive e reina por todos os séculos dos séculos.

℟. Amém.